



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses**

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

9. Vt cùm defeceritis, recipient vos in æterna tabernacula.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39546**

veniae concipienti, quod utrumque illis verbis expressit, *Quanti mercenarij, &c. Ego autem fame pereo: Nec nisi cum emendationis proposito, & inuocatione Dei, quod expressit quem diceret, Surgam, & ibe ad Patrem meum, quod est relinquere peccatum, & ire ad Deum, & dicam, Pater peccavi, &c.* Tunc demum accurrit Pater, & audit a confessione peccati, iubet redi*stolam primam.* Rursum quum idem Calvinus penitentiā ponit in solo quotidiano profectu iusto. rū, eodem lib. & cap. num. 8. ut sic penitentiae necessitatem & usum, qualē seruat Ecclesia, explodat, verba Christi in hoc cap. illam euidenter refutant ubi dicit: *Quā super 99. iustis qui non indigent penitentia.* Hic enim necessariō fātēdū est, aliquā esse penitentiam peccatoribus necessariam, qua iusti non indigent. Deinde quotidiano profectu omnes iusti indigent. Vide ampliore hac de re contra Calvinū disputationē in Prompt. nostro Catholico.

In parte  
Quadra-  
gesim. in  
Sabbat.  
hebdō. 2.

## IN LVCÆ CAP. 16.

9. *Vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.*

Elemo-  
synarum  
retributio  
æterna.

Calvini  
cauillatio  
duplex  
rejicitur.

**Q**UAM duo hic locus doceat, eleemosynis recessere, ut SS. Patres docent in Prompt. Cath. in Dom. 8. post Pentec. à nobis citati, utrumque conuelli Calvinus. Prior, quia Christus humano more loquitur, nostrā videlicet humanitatē oportuni refuge nobis instar fore, sicut aduerso casu perculsus ab illis sustentari solet quibus in prospera fortuna benefecit. Posteriorius, quia hoc modo periret omnis eleemosyna quae indignis impeditur. Illi enim pro nobis intercedere non possunt. Sed utraque cauillatio insulsa est. Prior, quia Christus non solum humano more loquitur de aliquo refugio oportuno humanitati nostrae reddendo, sed diuino

digno præterea more ac modo loquitur, promittens beneficentia nostræ non quodlibet refugiū, sed ipsam vitam æternam. Docet illos quibus benefecimus, recipere nos in æterna tabernacula, id est, Christum propter illos, nō solū ratione operis ipsius, sed etiam ipfis intercedētibus, reddere vitam æternam, ut clare docet Aug. de ciuit. Dei lib. 21. cap. 27. Sane S. Ambros. non solū eos quibus benefecimus, sed & alios Sacerdos pro eleēmosynarijs intercedere affirmat. Sic enim hunc locum expo- Lib. 7. in  
nit. Ideo ait, Facite vobis amicos de mammona, ut largiendo Lucam.  
pauperibus, Angelorum ceterorumque Sanctorum gratiam comparemus. Vnde posterior Caluini cauillatio di- luitur. Nā & quum indignis præstatur eleēmosyna, nō solū ratione operis fit retributio, sed iuxta Ambros. Sanctorum gratia comparatur, videlicet pro nobis intercedant. Quanquā Christus præcipue pios pauperes intelligit quando eleēmosynis tantam mercedem repromittit, ut causa ab illo subiuncta manifestum facit. Quicquid enim vni ex minimis meis fecistis, mibi fecistis. Matth. 25. Manet ergo firma Catholica doctrina, Caluini cauillatio-  
bus ne quicquam impugnata.

## IN LVCAE CAP. 17.

10. Quum feceritis omnia quæcunque præcepi vobis,  
dicite, Servi inutiles sumus: quæ debuimus fa-  
cere, fecimus.

**I**N SVL TANT hoc loco hæretici contra me- Meritum  
ritum operum, maximè de condigno. Praue ex condi-  
arrogantie (ait Caluinus) damnantur hic omnes qui gno de-  
se apud Denim quicquam mereri singunt. Postea definit, fendiur.

M m 3 ax